



Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

11. De rege loas, qui thesauros templi temerè surripiens, à seruis
interficitur. Item de Osia Rege, qui volens adolere incensum, monitusq[ue]
à sacerdotibus, non esse hoc sui muneris, & contemnens, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

medent canes carnes Iezabel, & erunt carnes
Iezabel sicut sterlus super facie terrae in agro
Iezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæcne
est illa Iezabel?

*Ex 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip. 26. Dereg
Ioas, qui thesauro templi temere surripiens,
a seruis suis interficitur. Item de Ozia rego,
qui volens adolere incensum, monitus a
sacerdotibus non esse hoc sui muneris, & con-
temnens, lepra percutitur.*

C A P. X I.

CVM Azahel rex Syriae, pugnaret contra
Geth eamque cœpisset, dirigeretque fa-
ciem suam, vt ascenderet in Ierusalem,
tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, que co-
secreauerat Iosaphat, & Ioram & Ochorias pa-
tres eius, Reges Iuda, & quæ ipse obtulerat, &
vniuersum argentum, quod inueniri potuit
in thesauris templi domini, misitque Azaheli
regi Syriae, vt recederet ab Ierusalem. Surrexe-
runt autem serui eius, & coniurauerunt inter-
se, percusseruntque Ioas in domo Mello in de-
scensu fela, & mortuus est.

Ozias quoque rex cum iam auxilio Domi-
ni roboratus esset, eleuatum est cor eius in in-
teritum suum, & neglexit Dominum Deum
suum, ingressusque templum Domini, adole-
re voluit incensum super altare thymiam-
atis. Statimque ingressus post eum Azarias sa-
cerdos, & cum eo sacerdotes domini octogin-
ea viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixe-

carnes
n agro
eccine
Derege
spiens,
aroge,
tuq. a
con-
contra
que fa-
alem,
ux co-
ias pa-
erat, &
poruit
zaheli
irrexe-
t inter
in de-
Dom-
sinin-
Deum
adole-
niama-
rias fa-
etogin-
e dixe-
runt
unt: Non est tui officij Ozia, ut adoleas incen-
sum domino: sed sacerdotum, hoc est filiorum
aron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi
ministerium. Egredere de sanctuario, ne con-
sumperis, quia non reputabitur tibi in glori-
a hoc a domino Deo. Iratusque Ozias, & te-
ns in manu thuribulum ut adoleret incen-
sum, minabatur sacerdotibus. Statimque orta
lepra in fronte eius coram sacerdotibus in
domo domini, super altare thymiamatis. Cu-
m respexisset eum Azarias Pontifex, & om-
nes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in frō
eius, & festinato extulerunt eum. Sed & ip-
se perterritus acceleravit egredi, eo quod ili-
censisset plagam domini. Fuit igitur Ozias
leprosus usque ad diem mortis suę, & ha-
bituit in domo separata plenus lepra, ob quā
datus fuerat de domo domini.

Danielis 1.4. & 5. cap. De poena Nabuchodo-
nosoris regis, qui abstulit vas a domus Dei, et
funesto casu Balthasaris regis, qui sacriss va-
sicum uxoribus & concubinis suis tem-
pore abutebatur.

C A P. X I I.

R EX Babylonis Nabuchodonosor cum
expugnasset Hierusalem, abstulit partē
vasorum domus Dei, & asportauit ea in
domum Dei sui, qui postea ex hominibus ab-
stulit, & foenum ut bos comedit, & rore
ali corpus eius infectum est, donec capilli
in similitudinem aquilarum crescerent,

Aa

&